Johannes Jacobus Honorati Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Trojanus, ac Exmi, & Rmi Dñi D. Seraphini Filangerii Archiepiscopi Neapolitani in spiribus, & temporibus Vicarius, Locum, & Officialis Generalis &c.

Dilecto Nobis in Xpo Presbytho D. Vincentio Quattromani Neapolitano salutem in Dño sempiternam. Vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia tua studia virtutes, et probitas merita, super quibus apud Nos fide digno commendatitia testimonia, Nos inducunt, ut Te favorabilibus prosequamur gratiis. Cum itaque vacaverit, et vacet simplex Ecclesiæ Beneficium, seu Rectoria sub titulo S. Maria de Monte Carmelo in Capella sub eadem invocatione in Casali Miani hujus Neapolitani Diœcesis consistente, sive consueta de jure patronatus olim Familiæ Caraffa, ad præsens de Quattromani, per obitum Cl: D. Andreæ Caraffa ultimi illius Beneficiati seu Rectoris, et possessoris, qui die 17. mensis Augusti anni 1763. diem suum clausit extremum, ad quod, sive ad quod ex præfati grati Exmi olim Archiepi Neapolit. super lapsu quatrimestris juxta legitime proferatur, ac nominatus per Dñum D. Joannem Gaudiosum Quattromani Procuratorem ad speciale mandatum Procuris Dñi D. Josephi Quattromani Patroni, et jus patronatus habentis, et in pacifica possessione, seu quasi juris nominandi, præsentandi Beneficiatum, seu Rectorem in enunciato simplici Ecclesiastico Beneficio, seu Rectoria sub titulo S. Maria de Monte Carmelo in Capella sub eadem invocatione in Casali Miani consistente de jure patronatus dictæ Familiæ Quattromani rotis juribus causæ vacationis occurrente litenus, et ordinario definitiva sententia per Nos sexv: Secr: Curiæ sub die 8. currentis mensis Augusti, anni 1778. lata, fuerit provisum, Te modernum Clericum D. Vincentium Quattromani, ut Te legitime nominatum, et præsentatum in modernum simplici Ecclesiastico Beneficio seu Rectoria, tanquam habilem, et idoneum, et ut sic legitime nominatum et præsentatum fore et esse instituendum, et confirmandum, statimque tamen facta per Te clericali tonsura in Beneficiatum sive Rectorem recepti simplicis Ecclesiastici Beneficii seu Rectoris sub titulo S. Mariæ de Monte Carmelo cum omnibus, et singulis ejus juribus, fructibus, redditibus, emolumentis, honoribus quoque, et oneribus illi adnexis, debitosque Bullæ ad tuæ favorem esse expediendæ, in illiusque possessionem immittendum, prout ea omnia definitive sententia fuisti in eodem Benefitio, seu Rectoria instituendus, et confirmandus. Propterea præmissorum meritorum tuorum intuitu speciali gratia facere volentes, Te præfatum D. Vincentium Quattromani, qui sub die decimaprima mensis currentis Augusti, et anno 1778. tanquam Clericum Ordinarium Regalis Capellæ Palatinæ fuisti ab Illmo et Exmo Dño D. Matheo Januario Testa Piccolomineo Archiepiscopo Bethsaidensi Capellano Majori Exercituum Regis Nostri, quem Deus semper suspicere, Prima Clericali Tonsura initiatum, et ad Quatuor Minores ordines promotum ad titulum hujusmodi Ecclesiastici Beneficii seu Rectoriæ, prout ex Bullis Dispensationis prædictis in Actis exhibitis, inter, et omni alio melioris modo, viis, et forma, quibus melius possumus, et debemus tenore præsentium instituimus, et confirmamus, investimus, atque de illo, seu illa Tibi providemus cum omnibus, et singulis ejus juribus, fructibus, redditibus, emolumentis, prærogativis, honoribus, et oneribus solitis, et consuetis in forma. Investientes Te de Beneficio prædicto, seu Rectoria per præsentium expeditionem, ut jurisdictionis, et moris est. Committentes Tibi illius curam, regimen, gubernium, et administrationem in spiritualibus, et temporibus plenæ juxta. Mandantes insuper infrascripto Actuario hujus Actuitatis Curiæ Neapolitanæ Archiepiscopalis Magistro, quatenus Te, vel Procuratorem tuum tuo nomine in illius veram, realem, actualem, et corporalem possessionem ponat, et inducat, positumque, et inductum manutenere, et defendat, faciatque Tibi, vel Dño Procuratori tuo de illius fructibus, redditibus et emolumentis integre, complete respondeat, amoto exinde quolibet illicito detentore, quem Nos harum serie amovemus, et denunciamus amotum. Contradictores quoslibet, et rebelles per censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque juris remedia compescendo salvis semper, et expressis reservatis juribus hujus Metropolitanæ Actuitatis Curiæ Neapolitanæ. In quorum fidem Datum Neapoli ex Archiepiscopali Curia hac die 29. mensis Augusti 1778.

J. J. Epus Trojanus Vicesg

Fuerunt expedita Curiæ Actuitatis Neapolitanæ Archiepiscopalis Supplicatione Rmi Dñi Vincentii Quattromani nuncupati Bulla per me infrascriptum Actuarium Curiæ Archiepiscopalis expedita fuit, per me inductum, atque immissum in veram, realem, actualem, et corporalem possessionem supradicti simplicis Ecclesiastici Beneficii seu Rectoriæ sub titulo S. Mariæ de Monte Carmelo in Casali Miani existentis, quietem, ac nemine discrepante, præsentibus Mris D. Josepho Tarallo, Josepho Borrelli aliisque pluribus testibus, ideo ut fuerunt rogatis ex publico Actu præsentis prædicti per me confecto, cui &c. extractum Neapoli hac die 13. Septembris 1778.

D. Christ.o de Acampora Fe Act.mag

D. Christ.o de Acampora Fe Act.mag

15
20